

extorta non nocebit. *l. 1. §. 17. de quest. Quamquam Umm.*
Disp. ad Process. 13. num. 45. optimum hoc in casu censeat, si
Judicis arbitrio res penetranda relinqvatur omninò, undè
magna adhibenda erit cautio, ut anteqvam ad tormenta &
qvæstiones deveniatur, circumstantiæ quantum possint o-
mnes considerentur. *Vultej. Jurispr. Rom. L. 2. c. 2. n. 41.* In
dubio tamen confessio non metu extorta, sed spontanea
judicabitur, uti testatur *Lanfranc. d. c. 7. n. 18.*

§. XXXII.

Quod si verò Judex sub promissione confessionem
extorqveat, ita ut velit Rei vitæ parcere si verum confi-
teretur, utrumne hæc promissio servanda sit? vid. *Berlich.*
dec. 61. Et nuperrimè qvæstionem hanc Clementissimus
Princeps noster *Job. Georg. II. Elector &c. in Decis. 91.* di-
lucidavit sequenti modo: *Das bey vermeidung willkühr-*
licher ernstlicher Straffe hiemit untersagt und verboten sey /
in den Verbrechen darauf Leib- und Lebens- Straffe verord-
net / keinen inqvistiren einige Linderung oder Erlassung der
Straffe zu dem Ende zu versprechen / das sein Bekändnis da-
durch herausgelockt werde / &c. Etiam si Judex tranquille
(in der Güte) hoc promissum iteret, *d. Decis. §. Sonsten*
und &c. Attamen non observata hac promissione, sen-
tentia secundum jura decernitur. *d. Decis. verb. final.* Ve-
rum enim verò Judici tali in casu integrum omninò est
Reum admonitionibus ab inficiatione deflectere, imò ma-
gis ad veram ac spontaneam confessionem edendam ad-
hortari.

§. XXXIII.

2. Commune requisitum est ut fiat Adversario præ-
sente, arg. l. 6. §. 3. b. quemadmodum enim judicatum inter
præsentes tantum valet, ita quoq; confessio quæ judicato